aliter probari potest sufficientia eiusdem divisionis ex obiecto equalitatis quod justitiae commutativae et distributivae assignant. Aris. lo 1o Ethicorum c. 3o et 4o et S. Thom. 2a 2ae q. 61. art. 2o. quorum juxta omnium calculis probata est. enim justitia particularis respicit justum et equale tamquam proprium obiectum ut quaestione demonstratum est id. duplex genus tantum equalitatis dari solet ergo duplex tantum genus justitiae particularis esse potest. quod vero duplex tantum sit equalitas aperte constat nam equalitas una est inter duas res quae ab Aris. et aliis dicitur equalitas arithmetica hanc enim respicit justitia commutativa quae proinde dicitur attendere equaliter inter datum et acceptum, inter solutum et debitum ut si furatus sum 100. solidos restituere teneor ex justitia commutativa si vero commi 20 nummis 20 reddere debeo, si mea [illegible] mihi liberaliter promisi

6.

quod ipso me instituit debitorem, mille solvere astringor, et si damnum
.i. ius iurem intulli in satisfactione integre rependenda est iniuria .i. damnum. altera est equalitas inter duas proportiones que geometrica vocatur
quia non est rei ad rem sed unius proportionis ad aliam hanc desiderat
et servat justa distributiva cum bona communia distribuit quare
ad hanc justam ut plurimum requiri duerunt duas personas et duas res ut
que proportio servatur inter personas quo ad gradum ad dignitatem eadem servetur inter
res seu dona illis collata, verbi gratia distribuens spolia in bello inter pugnantes
pertinet ad justam distributivam quia pre oculis attendit equalitatem proportionum
ut ita munus se habeat ad munus sicut persona ad personam nam si cui
in prelio ubi spolia dividunt, dant 100, et ille duplo dignior persona
ut in exercitu qui signifer, signifero dari debent 50. et sic de alijs, hoc
enim justum et equale est. unde quando autem oriatur obligatio servandi hanc
equalitatem etiam si ex contractu ortum habeat semper pertinet ad justam distr=
ibutivam quia sicut equalitas semper ut eadem ita iusta erit eadem ——
justa ergo commutativa et distributiva quemadmodum
in ratione iustitie particularis in communi conveniunt, sic utraque conveniunt
in eo quod utraque est ad alterum, utraque respicit aliquo modo debitum ex
dicenda quia sequentie: utraque etiam equalitatem constituit utriusque etiam vi
olatio obligat ad restitutionem quibus enim satis probabile sit violationem solius
justitie commutative obligare ad restituendum que est multorum doctorum quamquam
virorum opinio, sed longe probabilior nobis videtur sententia S. Thome 2a 2e
quaestione 62. articulo 1o ad 3um et articulo 2o ad 4um dicentium etiam violationem
justitie distributive induxere obligationem restituendi, nec obstat restitutionem esse actum
justitie commutative, eo quod tantum restitui debeat quantum ablatum est ut
ex pendit S. thomas in dicto articulo 1o. nam ne violatio unius virtutis
non potest ab eadem virtute resarciri sed resarciri debet ab alia virtute
ut violatio temperantie non respersat per temperantiam sed per penitentiam que
disponit ad remissionem peccati intemperantie ergo similiter violatio justitie dis=
tributive non potest rependari per ipsam sed per commutativam rependari debet

— differunt v° int se 1° q^a iusta commutativa dat int personas priva-
tas .i. eos qui subeunt ronem personae privatae justa 1 vero distributiva versat
justa v° distributiva versat int personas privatas et int communitatem .i. eum qui
communitatem repraesentat. 2° q^a illa respicit conditionem rei alterius ut si vere
at aequale; haec conditionem personae (ut sit ne bonus an malus, dives an
pauper, nobilis an ignobilis, doctus an indoctus, idoneus ad officium
aut ineptus) ut 2^m proportionem illarum conditionum et dignitatum fiat distribu-
tio. 3° q^a obm illius est aequalitas arithmetica int res datas et accep-
tas huius v° obm est aequalitas geometrica seu proportionis ut eadem sit
proportio int res quae distribuuntur quae est int conditiones et dignitates per-
sonarum quibus fit distributio ——

ad q[uaesitum] haec rones mihi probant has duas justas differre essenti-
aliter et specie ut docent omnes, vel quoad electionem et 4° portionis, et sic
2a 2ae q. 60 ar° 3° ad 3^m et q. 2a 2ae q. 61. ar° 4 et ad 3^m imo 3^m rec arbitror
q[uod] S. Thomas affirmat in ar° 8° huius q[uaestioni]s justas commutativas et distributi-
vas esse duas species infimas, eo q[uo]d dicit dicto quae intra qualibet earum reperitur
e videntaria necessarium q[uo]d int multas conditiones sp[eci]e justae commutativae contrarias ut fur-
tum, homicidium, adulterium et t[ale]s uni [illegible] et eidem virtuti ponunt multa vitia
opposita ut liberalitati prodigalitas et avaritia ——

illud est adnotavit S. Thomas, 2a 2ae q. 61 ar° 4° ad 2^m licet
commutativa justa frequentius versat int personas rei publicae int se versari etiam potest int
rem publicam et ipsius membra, id respublica tunc se habet instar personae privatae, sicut
enim si respublica mutuo dat tibi 100 tenet tibis ex iusta commutativa
illa reipublicae reddere ad aequalitatem arithmeticam siquoque si tibis reipublicae
quoque si tibis reipublicae rem aliquam vendat tenet respublica ad aequal-
itatem arithmeticam solvere illi justum pretium. ulterius ex eadem justa com-
mutativa debet respublica stipendium militibus quos ad bellum conducit et
artificibus quos illa inserviunt inserviunt [illegible] sint, ex eadem q[uo]d justa
debet judicibus et aliis ministris publicis stipendia ipsorum officiis constituta q[uia]
in his stipendiis non ex spectat conditio personarum sed rerum quas praestiterunt et

et nihil aliud intendit quam ut in singulis constituat equalitas rei ad rem quod pertinet ad justam commutativam

Ex doctrina tradita facile est definire justam distributivam et commutativam et quidem commutativa justa est virtus quod tribuat unicuique jus suum secundum equalitatem arithmeticam, distributiva justa est virtus quod unicuique tribuat jus suum secundum equalitatem geometricam, quae definitiones ex his quae hactenus dicta sunt de natura utriusque justitiae explicandae sunt §.

2a obiectum justitiae commutativae est equalitas arithmetica rei ad rem

§. 2a. obiectum justitiae commutativae est equalitas arithmetica rei cum re

statuimus § praecedenti justam commutativam differre essentialiter et specie a distributiva leo [?] 1. maxime quod habeat diversum obiectum formale nam commutativa respicit equalitatem inter datum et acceptum quae dicitur equalitas arithmetica distributiva vero respicit equalitatem proportionis quae dicitur equalitas geometrica, sed quoniam id non difficultate non caret amplius examinandum est et in hoc § tractabimus de obiecto justitiae commutativae in sequenti vero de obiecto distributivae

et 1a obiectum justitiae commutativae unica ratio et refert difficultas quia non potest esse obiectum alicuius virtutis id sine quo esse potest aliquis actus talis virtutis, id aliquis actus justitiae commutativae esse potest qui non respiciat equalitatem dati et accepti ergo haec equalitas non est proprium obiectum justitiae commutativae maior per se patet et minor probatur quia si simpliciter promittere obligavit dari alteri aliquam rem tenet ex justa commutativa illam dare et tamen ibi non intervenit equalitas dati et accepti quia promissor nihil accipit a promissario ut supponimus id solum dat ex justitia id quod liberaliter illi promiserat et propterea nulla est ibi propria commutatio. similiter donator ex bi donationis tenetur de justa commutativa non repetere rem donatam cum tamen nihil a donatario accipiat ergo recte potest dari actus justitiae commutativae qui non constituat equalitatem arithmeticam inter datum et acceptum

ut hęc objectio dilucidius diluatur summatim explicandum est qua nos obligationem inducat humana promissio. nimirum rei gratia distinguenda est triplex promissio, una est promissio pura et simplex ac absoluta qua quis se obligat ad dandum alteri aliquid vel ad illud faciendum non tamen vult dare jus ad illud et hęc promissio inter homines non inducit obligationem justitiae sed solum fidelitatis quia obligatio justitiae requirit jus in alio ad quem est talis obligatio. ante promissionem vero his cui fit promissio, nullum habebat jus ad rem promissam ut supponimus nec promissio dat quia nihil donat alias jam non esset pura et simplex promissio sed donatio et si non rei ipsius saltem juris ad rem promissam non ergo simplex non ergo simplex promissio obligat ex justitia sed ex fidelitate quae exigit ut impleat quod promissum est. neque vero repugnat dari puram promissionem cum hęc pendeat ex sola voluntate et intentione promittentis qui potest nolle in praesenti quidquam donare alteri vel jus aliquid in illum transferendo solum fidem suam adstringendo et se ipsum debitorem constituere servandi in eius ad... honestatem quam fidelitas postulat. sic dominus si verbo promittat mercedem pro opere alieno debito tenetur illum solvere non obligatione stricte justitiae quia homo non est capax rebus respectu domini sed solum fidelitatis et ita si non solveret infidelis esset injustus non esset.

altera promissio est absoluta quidem sed donatoria quae licet nullum onus aut obligationem imponat alteri ut aliquid opus efficiat sed absolute promittat dare rem aliquam nihil sibi includit liberalem donationem juris ad rem promissam unde promissio hęc gratuita est et liberalis donatio et tamen posita promissione tenetur ex justitia implere promissum quia promissario dedit jus ad illum et ita si non impleat peccabit contra justitiam quia retinet rem ad quam alter habet verum jus lo imbibito

alia promissio est conditionalis seu conventionalis et honerosa qua nimirum promittit mercedem et praemium sub conditione operis condigni a promissario exhibendi, qua ratione dominus tunc promittit operariis quos conduxit talem mercedem, si tamen ex solverint. et hęc promissio sine dubio inducit obligationem justitiae commutativae completa conditione operis quatenus constituit debet

equalitas int. mercedem et laborem. mitto aliam promissionem quae fit Deo propter ejus utilitatem et honorem quoniam haec ad religionem pertinet, ut quod gratia ex ponemus et facile erit de illa discernere quando sine illa modo intelligi potest natura justitiae de qua agimus

Ex quo deducitur multum differre promissionem simplicem quae debitum fidelitatis constituit et promissionem donatoriam aut honerosam quae constituit debitum justitiae. 1° differunt quia illa non differunt jus et actionem adrem promissam et in quam non impedit quominus res dicatur postea gratis dare ut haec tribuit jus et actio adrem promissam et ita impedit gratuitam donationem. 2° illa donationem. 2° illa non ita stricte obligat ut sibi solet obliget ad restitutionem, haec vero sibi solet obligat ad restitutionem. 3° illa non necessario fieri debet alicui qui est sui juris ut patet in promisso domini ad servum patris ad filium et dicuntur hy. 1. ang. haec vero necessario fieri debet personae quae sit sui juris ut possit jus acquirere in rem sibi promissam. 4to his cui fit pura promissio vel cui aliquid debetur ex fidelitate, non potest rem promissam sua propria authoritate sibi vendicare, bene tamen potest his cui res promittitur et debetur ex justitia, sicut non posset recuperare quod suum est. ulto differunt hae promissiones quia obligatio fidelitatis quae ex simplici pollicitatione nascitur est personalis et non realis, loquendo cadat tantum in personam promittentis et non in bona illius, unde siquis ex fidelitate promittat aliquid alteri ipse quidem tenebitur dare quod pollicitus est, sed illa obligatio non transivit ad heredes, ad quos sua bona perveniunt, hoc est heredes promittentis non obligabunt ad solutionem promissi, quia ut dixi obligatio fidelitatis sicut etiam voti et juramenti solum est personalis, et cum promittente vovente et jurante perit. Caeterum obligatio justitiae quae orit ex pollicitatione donatoria .1. remuneratoria non modo est personalis sed realis, et ita transit ad heredes, unde heres qui promissa non solvit etiam jurata, nec perjurus nec infidelis est sed injustus quippe qui jus alterius ad bona, quae hereditate acquisivit non servat illaesum

Ex hac doctrina facile intelligitur quid sit fidelitas est enim virtus ratione cujus is qui aliquid promittit tenetur stare promissis propter honestatem

quæ reludit in implendo promiss. unde S. Aquin lib. 4° lib. 20. fides, inquit, appellata est in latina lingua ex eo quod fit quod dicit; ubi fidelitas vocat fides sola moralis ut distinguit a fide theolog. obst ad verba promissi. non obbligare neque ex justa neque ex fidelit. antequam accipit a promissario acpinde manere sui juris donec acceptet, unius ro est q. promisso est voluntas impendendi alteri beneficium, nemo aut impend. beneficium donec alteri sit gratum et acceptum, quare promisso videt hab. insitas conditiones si promissarius voluerit

quod ut clarius observanda maxime est doctrina S. thom. 2a 2æ q. 80 art. 1° ad 3um qui asserit fidelitatem quæ nascit ex promiss. no[...] tam virtutem a virtute sua veralite est enim fidelitas veritas quædam in promissis servandis; qua pro non minus v° et propria ro[...] juris, quæ sine falsitate non potest, teste eodem S° thom 2a 2æ q. 98 art. 1° reperit, cum qui non servat quod juramento promisit, quam cum aliquod falsum sub jure jurando asserat. veritas ergo includit fidelitatem et aliquod aliud, nam includit adæquationem externam, quæ mentis judicio conformat, sub quo absolute continet obm fidelitatis nempe adimplere promissum, quod est quædam veritas

Deinde ponendum est ex eodem S° thom 2a 2æ q. 109 art. 3 veritatem et sequenter fidelitatem esse p[...] potestatibus justitiæ eo quod aliquomodo convenit cum illa, sed absolute differt essentialit ab ipsa; convenit quidem cum justa, quia sicut justa est ad alterum sic fidelitas respicit alterum cui debet impleri promissum, et sicut justa equalitatem constituit in rebus, sic fidelitas constituit quamdam equalitatem conformando facta cum dictis, sed deficit a propria ratione justæ 1° quia obm justæ est jus sive equale obm v° formale fidelitatis est honestas quæ apparet in eo quod facta conforment dictis. 2° quia justa respicit debitum legale, quod fundat in jure quod creditor habet ad rem sibi debitam, fidelitas v° attendit debitum morale, quod fundat in honesta ipsius virtutis nam ro ipsa videt exigere, quod unusquisque habet suis promissis, et aroni oio alienum est hominem a fide alteri semel abstricta deficere. 3° aliquando justa intercedit inter duos nullo existenti pacto aut promiss. ergo qui alteri fuit injurius tenet ex justa

talis fact. non quidem qui talit fact promiserit id quod erit jus alienum unde orit obbligatio illud quo ad fieri posit retranliendi: at fidelitas semper supponit promissum. ex qua orit debitum et obbligatio efficiendi quod promittit. 4to quia etiam si ex pius requirat promisso ad debitum justum sicut addebitum fidelitis, id promisso fidelitis est simplex, promisso vero justum est simul est donatio .1. est   qualibus autem interit inter unam et alteram promissum ita ex positum est.

Ad difficultatem in baslibulo huius dicti proposita respondendum est data majori negando minorem et ad probationem dicendum primum plicem promissum non indicasse debitum justum, id fidelitis pro promissum vero quod simul est liberalis donatio in quod debitum justum, quare hac promisso posita promissor tenet ex justa commutabilitate donare promisario in quo ebentu licet non sit mutua acceptio et datio talis rei moralis differit ergo in hoc talis commutatio, quod unus solvit promissum alter vero amittit jus quod aliquis habebat, et hoc jus moraliter quaedam res quae ajuris peritis res incorporalis appellat, quae et donari et vendi et perscribi potest

Sententia 4ta obiectum justitiae distributivae est aequalitas geometrica

Suarez, in opusculis de justitia dei sectione 3. an° 3° usque ad 22. quem imittat Rebellus lib. 1° de justitia q 6° sectione 3a n° 24 contendit justitiae distributivae, non servare aequalitatem proportionalem inter plures personas, quam geometricam vocant, neque posito opposito et pro hab.

Probat 1° justa distributiva saepe non servat aequalitatem geometricam ergo haec non est obiectum proprio illius. ant videtur manifestum quia in sacerdote adeliatredem .1. beneficium, nam sunia tantum est cathedra .1. unicum beneficium ecclesiasticum debet digniori ex justa distributiva, et tamen in eo ebentu non est distributio bonorum facta usque proportione geometrica, quod magis urget si unus tantum dignus postulet, beneficium nam tam illi conferendum et tamen non est distributio bonorum

inter plures personas, uti ponamus unum tantum esse beneficium, et unum tantum candidatum et dignum non ergo justitia distributiva per se attendit proportionem Geometricam inter plures personas ———

Probatur 2º plures aliae virtutes quae respiciunt proportionem geometricam ergo haec non est objectum proprium et specificum justitiae distributivae probatur antecedens 1º quia etiam justitia commutativa servat aliquando etiam aequalitatem, nam si quis debitor habeat plures creditores inaequales, quibus non possit simul integre satisfacere, tunc recta ratione debet servare proportionem geometricam inter solutionem et debita, ita ut cui debet 100, solvat 50 et cui debet 50 solvat 25. ad quod obligat ex ipsa justitia commutativa similiter in contractu societatis lucra dividenda sunt proportione servata ad pecuniam capitalis ita ut qui maius capitale deposuit, maius lucrum reportet, et minus lucrum qui deposuit minus ergo in hac divisione lucri servatur proportio geometrica et tamen id pertinet ad justitiam commutativam ad quam spectat omnis obligatio orta ex contractu. 2º idem patet in virtute misericordiae nam quando aliquis ex affectu misericordiae debet succurrere pluribus pauperibus, si non possit omnibus integre succurrere debet servare proportionem geometricam consideratam magnitudine miseriae uniuscuiusque et facultate ipsius ad sublevandam miseriam quam ad modum ratio ipsa postulare videtur. 3º id ipsum reperitur in virtute observantiae quae unicuique defert honorem ac reverentiam secundum gradum suum unde si plures inaequalis gradus et dignitatis sint honorandi inter eos servat geometricam proportionem ———

Probatur 3º explicando quod non sit objectum proprium solius justitiae distributivae etenim objectum justitiae est jus ergo distributiva justitia circa id versari debet jus ergo quod est objectum justitiae commutativae est proprium dominium rei vel aliquid ei equivalens verbi gratia his a quo aliqua res ablata est habet jus ad rem illam quod consistit in dominio illius rei, at promissarius cui aliquid promissum est habet jus ad illud quod jus est aequale et aestimatur moraliter ut dominium nam tanti aestimatur jus ad rem promissam ante traditionem quanti dominium illius post traditionem jus enim ad rem valet rem. 3º deinde jus quod est objectum

2º. justis distributivis non est jus ita proprium ac rigorosum quod fundat inæ-
qualitatem dignitatis et conditione personæ quæ est ratio alicuius communi-
tatis ratione cuius debet dari aliquid suæ dignitati proportionale quod qui-
dem jus adeo non est dominium illius neque aliquid illi æquivalens ut quando
aliquis beneficium aut cathedram concurrens aliis petat non habet jus
rigorosum ad illam et tamen sit dignior persona habet jus minus proprium
quam dari potius quam alteri cum dignitas debet locum quod inter partes commu-
nitatis majorem proportionem quam alius in illa habeat

Communis tamen sententia affirmat justam distributivam
per se servare æqualitatem geometricam inter plures personas ac proinde quæ
hanc æqualitatem respicit tanquam obiectum proprium ipsius ita plane sensi-
mit Aristoteles loco 5º ethicorum cap. 3º. D. Thomas 2a 2æ quaestio 61. articulo
2º. prius 1a partis quaestio 21. articulo 1º dubio 2º nº 2º. Valentia ibi-
dem puncto 1º. navarchus, Arouca, paragrafo 2º. Gonzalez, disputatio 63. §
2a nº 4. Vasquez, disputatio 86 cap. 3º et Lessius 1a 2æ disputatio ultima
cap. 4º. 5º. et 6º. Molina, libro 1º. de justitia tractatu 1º disputatio 12. Lugo, libro
2º de justitia cap. 1º dubio 4º et libro 3. de perfectionibus divinis cap. 1º nº
6º. Soto, libro 3º de justitia quaestio 1a articulo 2º. Tory, 2a 2æ libro 2º disputatio
6a pluribus et disputatio 7a dubio 2º. Durand., 4º. dist. 46 quaestio 1a articulo 6º
et 7º. Salmanticenses, ibidem quaestio 1a articulo 1º. Ricard. articulo 1º quaestio 1º et aliis
passim nec ullus hactenus theologus aut philosophus moralis quem viderim
praeter duos citatos oppositum edocuit

Dicit Suarez, Aristoteles, D. Thomas, et alios antiquiores di-
centes justam distributivam respicere æqualitatem geometricam solum assignasse fre-
quentiorem actum huius justitiæ non vero intendisse hanc æqualitatem esse simpliciter
necessariam ad verum actum illius unde Aristoteles libro 1 ethicorum cap. 3º non
ut approbando asseruit justam distributivam considerare dignitatem personæ et D.
Thomas prima parte quaestio 21 articulo 1º dicit munus justitiæ distributivæ esse
dare unicuique cum suam dignitatem ... non vult explicat justam distributivam

proportionem geometricam

hoc vero responsum non satisfacit quia Aris. S. thom. et veteres scholastici assignarunt obiectum justitiae distributivae ut distinctum ab obiecto justitiae commutativae ergo censebant aequalitatem geometricam esse obiectum proprium et adaequatum justitiae distributivae ita ut neque justitia commutativa neque alia virtus circa hanc aequalitatem posset versari posse seu tendendum est neque Aris. neque S. thom. neque ullum ex antiquis de obiecto justitiae distributivae disputasse id illum omisisse quia non aliud obiectum illi assignaverunt quam predictam proportionem 2o quia sicut Aris. et S. thom. obiecto justitiae commutativae assignant aequalitatem arithmeticam rei ad rem sic obiecto distributivae assignant aequalitatem geometricam inter plures personas sed aequalitas arithmetica est proprium obiectum commutativae ergo aequalitas geometrica est proprium obiectum distributivae. 3o quia neque Aris. neque S. thom. in locis proxime allegatis nobis tradiderunt solum enim docent ad distributivam honorum esse considerandam dignitatem personarum quibus bona conferenda sunt quod debet intelligi servata proportione geometrica ut ibi et alibi declararunt

[illegible] communis sententia bona est quia justitia est virtus quae servat justum seu aequale unius alio unde obiectum justitiae est justum seu aequale seu jus haec enim tria idem significant ut quaestione [illegible] exponebamus in [illegible] autem justitia particularis solum potest considerari duplex justum et duplex aequalitas altera inter rem et rem quae dicitur aequalitas arithmetica altera inter plures proportiones quae dicitur geometrica ergo ab omnibus dicitur aequalitas arithmetica assignetur obiectum proprium justitiae commutativae restat ut aequalitas geometrica sit obiectum proprium justitiae distributivae quae proinde servat proportionem geometricam inter plures res et plures personas quando bona aliqua distribuenda et dividenda sunt, quando bonum non est dividendum et distribuendum quia est impartibile servat proportionem respectu personarum ut illud sit beneficium dandum digniori. ipse enim

impositionis vocabuli rem minus late patet quam res significata

id observat signum est hanc equalitatem geometricam pertinere ad justam distributivam quando per se ac primo attendit, quando 2° non nisi 2° et per accidens servat ad justam commutativam vel ad alias etiam virtutes ex quatuor principalibus unde si aliquis debitor habeat plures creditores inequales et omnibus integre persolvat quod debita etiam si ex soluti sequatur equalitas geometrica quoniam qualiter excedit debitum unius debitum alterius sic solutio excedit solutionem; ad hunc non servat justam distributivam sed commutativam quia hic equalitas proportionis 2° et per accidens respicit ad debitorem cum debita solvit, ille enim quamvis singulis creditoribus reddit, totum quod debet, solum per se consideravit equalitatem solutionis cum debito quamvis inter se proportionem habeant per se non attendit cum nulli creditori solvat comparative ad alterum. cuius signum est quod tantum persolvit uni quando simul cum aliis ipsi solvit quantum si illi soli persolveret, alioquin deberemus asserere cum quis nullis creditoribus restituit totum quod abstulerat, si debita sint inequalia servare justam distributivam quod nullus dicit actus enim restitutionis equalis opus est justitiae commutativae ex omnium sententia

Ad argumenta Suarij non erit difficile respondere ad primum negamus antecedens et ad probationem dicimus justam distributivam inter dari beneficiarii clerici res non distribuendas sicut accidit in collatione beneficii vel cathedrae, in quo casu licet deficiat proportio distributionis non tamen deficit proportio inter personas quam haberi debet respectu ad plures personas ita ut beneficium vel cathedra detur digniori. quo circa in tali collatione non attendit equalitas unius rei ad alteram regne ipse beneficii ad dignitatem personae quam per se consideraret commutativam sed proportio ad plures personas quod est minimum retinere debet distributiva ut a commutativa distinguatur; nisi quando etiam bonorum distributio facienda est hanc enim et plures res et plures postulat personas. in alio vero

exemplum quod unus tantum occurrit candidatum qui peteret cathedram vel beneficium illud quod erat dignus, necessario fatendum est cathedram vel beneficium debere illi conferre ex justitia commutativa, qui videtur communis doctorum sententia, nam omnes qui agnoscunt violationem justitiae distributivae in collatione beneficiorum nonnulli non obligare ad restitutionem, nihilominus fatentur in eo casu in foro uti his qui beneficium candidato digno denegaret, ad restitutionem illius obligari, quae solutio quo ad utramque partem. Est Vasquez, Lorenzi et aliis, ubi negatur

ad quaestionem negandum etiam est omni et ad primam probationem dicitur cum Vasquio, et toto, obligationem restituendi et solvendi debita cum proportione geometrica quando debitor non potest omnibus creditoribus integre satisfacere, ad utramque justitiam pertinere: ad commutativam quidem qualenus servat aequalitatem arithmeticam ex parte quae omnino servari nequit; ad distributivam vero quatenus servat aequalitatem geometricam et debitum proportione determinatur solutio quae debita excedunt. unde si debitor in praedicta hypothesi hanc proportionem non servabit, contra utramque justitiam simul peccabit. nec obstat eundem actum externum solutionis imperari ad [illegible] distributiva propter diversa motiva [illegible] honesti, quia eadem actio externa habere potest duplicem finem adaequatum ut alibi docui. Et quamquam debitor propone ad servandam utramque obligationem in actu externo non est necessarium ut solutio fiat propter honestum utriusque virtutis; potest enim impleri praeceptum de actu externo alicuius virtutis etiam si non fiat propter honestum illius virtutis ut videtur in eo qui elargitur eleemosynam [illegible] ob pravum finem.

ad alterum casum de contractu soluti [illegible] respondent duo doctores paulo prius allati obligationem servandi proportionem geometricam tunc pertinere ad justitiam distributivam, aequalitas geometrica ex quocumque [illegible] oriatur debitum semper est ac vicissim semper erit ob commune [illegible] virtutis.

ad alteram probationem [illegible] dico cum [illegible] non posset integre succurrere pluribus necessitatibus occurrentibus, satis videtur videri quod Vasquez, et [illegible]

res, doucerent, liberque illi hi reeurrere integri cui nec vili aliis relictis, quare si ois ex pdo. duo pporzlo recurrere debet nos servaret pporzo ex debito et oblig. sicut ille qui operat ex iusta. imo eti si admittamus has obligationes misericordie in aliquo eventu tamen did iusti ab oblig. servandi pporzionem geometricam ex justa distributiva nam misericordia solum obligat ex honesti virtutis justa vero distributiva obligat ex jure alterius quod est ulti. mate justi

ad ultam anditur probat licet pobservantias plurib exhibeamus debitum honorem non tamen in la distributio preservat equalitas geometrica id arithmetica quo cum uni exhibemus honorem solum respicimus dignitatem illius non aliorum sicut dici de illo qui ex integro solvit suis creditoribus, cum posuit. ob id tamen observantia non de ex justa commutativa eo quod desit a vera rone justi et quo perfectam equalitatem non instituit vel quo non operat ex debito legali sed ex debito morali et ideo ab illa collocat non justam uti sicuti potestativa ipsi ... monebamus

ad quid de justis distributivis et commutativis non posse distinguere penes illa jura dicendo falsum quippe ut quod suarez docuit jus justi distributive non est equalis distributionis cum dominio nam ut dici ex ... violatio justi distributive obligat ad restitutionem eo quod dicit equalitas quo est inmata ... justi pprie et rigorosum ad equalitatem reduci debet. ergo jus ad id quod distribuendum erat tanti estimari debet quanti estimat dominium illius. vero si spolia in bello capta aut bona aliqua rei publicae erant dividenda inter milites, vel cives, quilibet haberet jus ad partem suam quanti tanti vendi possit quanti estimaret dominium illius et qui distributionem illius sibi impediret deberet illam integre restituere ei qui jus habebat ad illam ergo jus quod respicit a distributiva equivalet dominio rei ... id quod definit lege. id apud digestis de verborum significationibus, id apud re quis hab. videt de quo habet actionem habet ...

qd pdi potest qo 2a v ad justam requirat dm passum seu repassio 2o 1o in justa dmutatibe semp reperit repassum in distributiba vo noz

qo 3a

v. ad justitiam requirat dm passum seu repassio

2o 1o in justa dmutatiba semp reperit repassum in distributiba vo non

qo hec alliis verbis pponit ab Aris lib 5 ethicorum c. 5. et al. tho. 2a 2e q. 61 ao 4o ay vilicet justum esse simpliciter idem qd dm passum qm qsz excitare videntur pth. pitagoricor qui asserebant justum positum esse in dm passo ita ut unusquisqz id patiat qd intulit ut si oculum eruit oculus ab eo eruat, si occidit occidat quae pena talionis appellari dmebit atqz eadem sententiam referunt ipso Aris apud Rhadamantum legislator ad judex cretensium integerrimus

[illegible] solum recte observat S. thom. namqz passio aut repassio apud morales philosophos [illegible] importare violentias verum [illegible] pati aut repati dicitur quando voluntarie recipit aliqd detrimentum in ppria psona aut in suis bonis, id hoc loco sumas accipi quaqz passio etiam voluntaria quae in dmutationibus inter bonis solet dm passum ergo seu repassum in ppsito significat equalitatem actionis et passionis ita ut quis tantum patiat quantum egit et tantum det obtantum det quantum accepit

in pposita ergo qne cum dicunt Aris et S. thom. quem dm bominibus philosophis et theologis verissime judicant. unum est injusta distributiba noz semp reperiri dm passum seu repassum qd ut mani festum qa ad iustam di justa noz requirit ut pbata ppter quem aliqd accipit admanibus, vel aliqd illi retribuat nam bona dmunia quae in republica redundant distribui debent inter cives ex justa distributiba, etiam si cives nihil reipublicae dferant. quo fit ut justum sumat et suo ambitu dmutationibus aut distributionibus dplectitur noz esse idem qd dm passum

qd si opponas eadem est mat[eri]a utriusque justitie nempe distribuentis et commutantis id in commutante semper respicit compensationem passarum modo dicemus ergo in distribuente. Ex utrumque justitiam habet candem materiam remotam nam eadem bona communia que ibi obveniunt ex justitia distribuente potest ipse postea vendere locare ac permutare ex justitia commutante non vero habet eadem materiam proximam, nam justitia distributiva proxime versatur in distributionibus in quibus non attendit equalitas dati et accepti id equalitas proportionum: at commutativa versatur in commutationibus in quibus attendit equalitas inter id quod unus accipit et alter dat quod est compassio et ideo hec est de ratione justitie commutative non vero de ratione justitie distributive. solutio colligit ex Sancto Thoma 2a 2e q. 61 articulo 3o ubi tractat an materia utriusque justitie sit eadem vel diversa

alterum qd Aristoteles et Sanctus Thomas asserunt est in justa commutativa semper respicere compassionem non in eo sensu quo Pitagorici et Adamantius voluerunt id in alio. etenim compassio dupliciter intelligi potest. primo ratione identitatis ipsius ita ut patiatur quis idem ipse quod egit et in hoc sensu non requirit compassionem ad justas commutationes in quo turpiter erraverunt Pitagorici et alij veteres. nam si homo plebeius Regem percutiat non satis facit in jure ad equalitatem si illi modo puniat id longe acerbius puniendum est ut pena equet delictum [illegible] quod ex majori vel minori dignitate personae offensae ac offendentis crescit aut decrescit injuria. item qui alterum furatus est non puniret condigne si idem vel illud alterum redderet id propter injuriam hinc proximo hinc reipublice illatam graviori pena plectendus est. 2o dicit compassionem ratione equalitatis valoris et estimationis moralis ita ut tanta sit moraliter compensatio unius quanta est operatio alterius, et hoc modo compassio necessario est de ratione justitie commutative, at quod justitie commutative idem est quod compassio, quoniam justa commutativa per se respicit tantum pretium ob equalitatem rerum que in commutationibus dant et accipiunt: quando vero res una aliam excedit in valore ex [illegible] pecunia vel alia ratione compensari debet

ymo ut loco citato animadvertit Aris. Numisma ad id inventum est ut fa-
cilius equalitas commutationum fiat

notandum tamen est quando dicimus ad actum justae com-
mutationis necessarium esse pactum et repactum ex parte utriusque, hoc maxime dici
esse in commutatione unius rei pro alia, nam in solutione debiti ex sola gratuita
missione praecedentis sicut ex stricto non requirit commutatio quod alius nihil re-
tribuit ut ponimus, ita neque stricto requirit repactum nisi reposito dicatur ut
unus det quod alius promisit et alter amittat jus quod acceperat § 2 dubii
incidentis enodatio

§ 2 Dubii incidentis Enodatio

Dubitant Aliqui si in omni actu justitiae requiratur omnino pactum seu repactum in hoc
sensu quod is qui aliquid dat alteri, aliquid etiam amittat loco ab se et acc
dominium illius quod retribuit et in hoc ipso repatiatur. Conveniunt Doctores actum
justitiae distributivae non requirere huiusmodi repactum, ex parte nostra non est ut distribu-
ens aliquid bonum commune perdet aliquo dominio, cum saepe diminuat bonum dis-
tribuendum non esse sub dominio et proprie distribuentis ut manifeste constat in elec-
tione alicuius praebendae aut beneficii

Discrepant vero an hoc genus repactum semper requiratur in actu jus-
titiae commutativae negant Suarez, disp. de justitia § 2a n° 24 et alteri
Aliqui qui dicunt inter deum et homines esse posse propriam commutationem quod deus non potest amitt-
ere dominium aliquarum rerum utriusque rei habet supremum et perfectissimum dominium.
afirmant Vasquez, 1a 2ae disp. 85. c. 4to n° 19 et Lorca, 2a 2ae so. 2o disp.
1o dubio 3o n° 6 et alii qui inter deum et homines negant propriam commutationem. ad quod
decendo sit dico in 2o sensu retributionis saltem negari non potest inter homines in omni ju-
sta commutatione reperiri hanc repactum quod in proprio commutatio versatur inter dationem et acce-
ptionem inter homines nullum non est vera datio et acceptio sine translatione dominii illius quod dat et
accipit, alias non esset propria commutatio si res data et accepta eodem modo maneret
sub dominio illius qui dicitur commutare ante et post commutationem

Ex quo patet solutio illius difficultatis sit ne deum

justs commutalibus mutua utilitas dantis et recipientis negant Suarez, afirmant Vazquez, et Lorca, respondeo ego vero opinor ratum inter hunc non dari verum commutationem sine mutua utilitatem dantis et recipientis quoniam communis qui aliquod recipit ab alio id de percipit aliquam utilitatem et commodum ut id commune constat

Contra obijcit Suarez, etiam ad actum justum commutalibus humanum id non semper esse necessarium. 1° quoniam qui implet promissum ex justitia saepe nihil percipit utilitatis ab alio, nam fieri potest ut promissio facta fuerit de offerenda re aliqua absque receptione alterius. 2° quoniam inter hos interdum solvit stipendium pro aliquo opere quod non est utile solventi stipendium verbi gratia si quis ex pacto tribuat alicui pecuniam quod alterum interfecit, saepe namque talis interfectio non est utilis solventi stipendium

ad hoc respondet bene Lorca, ad primum dicit nullum dubium dominium ad omnem actum justum commutalibus requiri utilitatem ex parte utriusque contrahentium in commutatione unius rei pro alio inceare autem argumenti non reperiri talem commutationem id implet rationem restitutionis in materia justitiae. addo ego etiam in eo casu reperiri utilitatem non modo ex parte promissarij cui aliquod offert asmitendi sed etiam ex parte promissoris quatenus impleta promissione extinguit in promissario jus ad rem promissam quod utile est promissori quoniam illo jure non extincto cogi posset comparere coram judice et male tractari commune solvat debitum. ad 2um dicit in eo eventu vel ex utraque parte rem aliquid pro estimabile alias non posset juste dari stipendium pro interfectione alterius unde hoc dicit re utilis dandi stipendium quoniam ad illa spectat aliquod commodum vel capit voluptatem quoniam 6a vero necessarium sit debitum et obligatio. ut quis faciat actum justum proprie 8° non requiri debitum et obligationem ad actum justum esse dicendum pauci senserunt

quaestio 6a. an necessum sit debitum et obligatio ut quis faciat actum justum proprie

Sº 1ª non requiri debitum et obligationem ad actus justi elliciendus pauci senserunt

inpugnari q[uod] non est sermo de actu interno justi nam certum dico est istum actum ellici posse sine debito et obligatione aliqua, v.g. si isti alteri debitor [?] aureos nec eos solvit q[uia] solvendo non est haberet actum inefficacem et simplicem affectum quo ex motivo justi ...placeret, iste sane actus ... justi ... et tamen debitor nulla obligatione teneret ad illum ellici, sicut nec teneret ad solutionem ob inopiam. ... si fidei jussor ... tempus ... eficaciter solvere debitum ... tempus actus eficax voluntatis ... ex ... tamen non fieret ex precepto justi quia sicut ... tempus ... non tenet solvere fidejussor, ita nec tenet velle solvere

sermo ... est de actu externo justi qui si mala ... actus interni quare sensus q[uod] ... aliquis faciat actum peculiaris virtutis justi ... sit ... actum externum debitum ... ex precepto ... justi, ... valet q[uod] omni justi sit semper debitum ex precepto justi v.g. an largitio pecunie non possit fieri ex justa nisi alteri debita ... possit ... ex justa ... talis largitio debita non est et ... est ... portiones de quolibet ... externo justi ...

Gonzales ... paragrafo attendenda est et paragrafo solide ... debitum ... justi ... obligationem et debitum ... 2ª paragrafo 2º advertendum et requirentem negat ad ... justi distributive requiri obligationem in distribuente, q[uod] ... sentire videtur Salas ... 2 ... tt ... 7 ... n. 1º probat hoc ... Gonzales q[uia] ... princeps distribuit bona ... inter cives attenta eorum dignitate, quin ad id ulla obligatione astringatur et tamen la distribucion est opus justi distributive non ergo actus huius justi requirit obligationem ... distribuente q[uod] videt ... S. Thomas ... 2ª ... 2º ... 1º

Conf. ubi agnoscit justam distributivam in rebus natalibus, dum illas distribuit pro suis facultatibus ex caris affectionibus, quam doctores confirmant cum Dionisio, et alii diversis nominibus, cum tamen respectu rerum natalium et omnino carentium non sit propria obligatio.

In valentia, ubi supra dist. 7 q. 1 p. 1 parasche quibus alias et Medina ubi supra de justitia q. 3 de 4 ...,
et aliqui Juniores nescio an res satis diversa, arbitrantur alias justam commutativam exerceri posse absque debito et obligatione operantis, probari potest ex S. Tho. ... in 4 ... 108.
... ad ... vindicationem ex ... judicis esse actum justitiae commutativae et tamen judex non semper obligatur ad sumendam vindictam et infligendam poenam, siquidem judex potest reum supplicio liberare et adhuc ... aliquid ... exercere actum justitiae commutativae, ergo non est necesse aliquem elicientem actum ... justitiae commutativae teneri ad illum eliciendum ... ex formali motivo justitiae.

Probatur 2. actus elicitus ex motivo formali justitiae nullam praesupponit obligationem in eo a quo elicitur, ergo actus justitiae non semper exigit praedictam obligationem eiusdem virtutis. Patet sequela quia omnis actus elicitus ex motivo formali justitiae est actus justitiae. Ant. suadetur omnis actus quo aliquis gaudet et optat jus alterius inviolatum servari, elicitus ex motivo justitiae, cum tamen ad illum eliciendum non obligetur.

Probatur 3. ex variis casibus in quibus absque ulla obligatione exercent justam commutationem, ut si duo velint inter se aliqua res commutare sub aequalitate utrinque dati et acceptione, id faciunt ex justa commutatione, cum tamen non teneantur ad commutandum. 2. idem convincit quando fidejussor ante assignatum tempus alterius debitum persolvit, quia idem permittit quando pactum absque obligatione fidejussoris solvit. Quarto eo quod famulus illi debebat ... facit actum justitiae, et si non debebat dare

Quani illa 20. 4to ille qui petit rem suam coram judice dicit posse petere et tamen non unus obligat ad petendum

Probat 4to aliqui quia mata aliarum virtutum potest operari sine obligatione ergo in mata justitiae pendibilius exemplum ... quod accurrit in actu jejunii vel religionis quem quis efficit quando non obligatur, nec ... fieri potest ex fine deferendi ... quando fit sine obligatione quando non urget obligatio ... et idem est de jejunio ex fine temperantiae

Probat ultimo tota ratio actus justitiae commutativae et obligationis est mata ... quia quaecumque lex obligans ad hunc actum ergo obligatio ad actum justitiae commutativae non est intra rationem illius ... videtur idem. ... probat non tota ratio justitiae commutativae est obligatio et mata ... legis obligantis ad illum ergo supponit naturam ordine ad legem et obligationem ... enim lex et obligatio est ... actu virtutis aliunde intra rationem ... enim lex facit ut actus habeat rationem huius vel illius virtutis ... ex lege, alioqui actus est mata supponit ad legem tamquam mata ... illius non est bonus ... malus ... indifferens et sic lex est ... actu malo ... indifferenti quod repugnat nec iam lex non est ... lex obligans ad ... observationem. 2a actionem externam justitiae non posse esse sine proprio debito communis ... opinio affirmat

2a actionem externam justitiae non posse esse sine proprio debito communis ac vera opinio afirmat

Dicendum ... est ... communi ... non posse fieri opus externum justitiae commutativae aut distributivae nisi debitum ... obligationem exsolvendum justa ... et ... alii justitiam semper esse ... debitum ... justitiae. ita S. Thomas 2a 2ae q. 61 ... ad 1um ubi ... justitiam commutativam et distributivam ... quod respiciant debitum ... differre ... 2um ... debitum

debiti nam 2um commutativis debet alicui aliqd qa est proprium illius 2um distributivis vero debet qa commune: quae quidem valde differunt inter se nam proprium debet alicui loco accepti ablati sponte l. invite commune vero debet sibi ex eo quod ipse est pars communitatis et quanto melior pars communitatis tanto major pars communis illi debet qd etiam optime docuit et explicuit ibi Cajetanus et qd ideo Art 1o statuit proprium esse justitiae virtutis specialis respicere debitum legale et strictum et ideo virtutes quae deficiunt ratione huius debiti, deficiunt etiam ratione justitiae propriae et appellantur potestativae illius

Accordant ex parte nostra pa pte q 21 Art 1o dubio 3o no 4o, Vasquez, ibi disp 81 cap 6o no 40 et disp 86 cap 3o no 19. Suarez, disp de justitia dei 8o 2o no 36. et deinceps et 8o 3o no 38. et sequentibus Lorca, 2a 2ae lo 2o disp 1a dubio 2o et disp 2a dubio 1o no 2o et disp 6a dubio 2o no 3o et disp 7a dubio 2o no 4o ad 8um inclusive Lesius lo 2o de justitia cap 2o dubio 1o no 7o Molina, lo 1o de justitia ttla 1o disp 12 paraso justitia et sequentes et Soto lo 3o de justitia q 4a Articulo 1o in 2a ratione pr dicto 2o in probatione ... ex quibus Vasquez, Suarez, Lorca, Molina, et Soto, agunt de utraque justitia nempe commutativa et distributiva ceteri vero loquuntur de justitia nulla adhibita dictione

1a huius veritatis ratio desumitur ex Sto tha, ubi inquit qa virtus justitiae specialis in eo differt a quibusdam virtutibus illi annexis quae partes potestativae justitiae vocantur, qd aut in eis non reperitur ratio debiti stricti et legalis aut non servatur aequalitas ut q 4ta art 1o explicatur et ergo ubi virtus aliqua ordinat unum hominem ad alium ex sola honestate virtutis et non ex proprio debito non potest esse propria et vera justitia quae respicit debitum strictum et legale, qd tale dicitur qa ad illud reddendum homo adstringitur lege aliqua l. alia stricta obligatione legi equivalenti; vera vero partes potestativae justitiae respicere solent debitum morale qd nascitur ex ...

quadam honesti virtus est q[3] tale est nisi illa satisfiat honestas morum di-
servari non potest ut patet in fidelitate et veritate .i. sive non modo
et decore servari posse ut constat in liberalitate et affabilitate ergo sine
proprio debito quo violato injustitiam committeret non intendit proprie
justitia

2a ratio non potest esse virtus obedientiae proprie sumpta, nisi
ubi praeceptum est ergo nec potest esse proprie virtus justitia nisi ubi intendit obligationem
ex debito servandi aequalitatem. Sequela patet a paritate et quia nulla ferre ratio adducta
est de praecedente probatio antecedentis quod etiam non militet de obedientia ani ...
inter s. thom. 2a 2ae q. 104 art. 2o quem sequuntur lessius, lib. 2o de justitia
c. 46 dubio 4to no 23. et sanchez, lib. 2o summae lib. 6o c. 1. no
1o et 2o cum aliis multis qui docent obedientiam quae est virtus specialis, inclinare
subditum ad exequenda superiorum praecepta quia praecepta sunt, ita ut ratio quam
spectat ad obediendum sit quod id praecipiat superior, sicut et inobedientia quae est vitium
speciale, inclinat ad omittenda praecepta eo quod praecepta sunt, unde subditus non
exercet formalem actum obedientiae ut est actus specialis, quoties cunque implet
praeceptum superioris sed quando implet ea motus ratione quod praeceptum est, nec formaliter
inobedientiae, ut est vitium speciale, reus est, quoties cunque actum praeceptum ex-
sequi omittit, sed quando omittit ea ductus ratione quod praeceptum est. ex quo de-
ducit objectum obedientiae et inobedientiae specialis esse solum praeceptum ad culpam mortalem
aut venialem obligans quia cum ea quae sunt sub consilio, adnullit obligant,
neque eorum executio est de se proprie obedientia

Objicies, ille subditus servat perfectionem obedientiae qui non expectato
praecepto superioris exequitur voluntatem illius sibi cognitam et ad ipsius nutum ...
instituit, quem admodum saepe testantur ... et vitae spiritualis magistri ergo
